

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## L. Annaei Senecae Tragoediae

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Amstelodami, 1662

Actus quintus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-770)

## ACTUS QUINTUS.

ATREUS.

*Exultans impius Atreus nefariam de fratre vindictam sibi gratulatur, dirisque appositis dapibus de natorum sanguine præbendo deliberat.*

**Æ**qualis astris gradior, & cunctos super 885  
 Altum superbo vertice attingens polum.  
 Nunc decora regni teneo, nunc solium patris.  
 Dimitto superos: summa votorum attingi.  
 Bene est; abunde est; jam sat est etiam mihi.  
 Sed cur fatis sit? pergam, & implebo patrem 890  
 Funere suorum: ne quid obstaret pudor,  
 Dies recessit. perge, dum cælum vacat.  
 Utinam quidem tenere fugientes deos  
 Possẽm, & coactos trahere, ut ultricem dapem  
 Omnes viderent! quod sat est, videat pater. 895  
 Etiam die nolente discutiam tibi  
 Tenebras, miserix sub quibus latitant tuæ.  
 Nimis diu conviva securo jacet  
 Hilarique vultu. jam fatis mensis datum est,  
 Satisque Baccho. sobrio tanta ad mala 900  
 Opus est Thyeste. turba famularis fores

Tem-

887. *Decora*] Jam denique rex, recepto ariete regni fato, sup. vers. 222. jam Deus mihi videor, postquam injurias plene ultus fuerim. *Farnabius.*

888. *Dimitto*] Dehinc non precibus fatigo, non votis sollicito Deos, voti abunde compos. *Idem.*

889. *Etiã mihi*] Etiam mihi ultionis cupientissimo. *Idem.*

891. *Ne quid*] Invitant sublata cum luce verecundia tenebræ. *Idem.*

892. *Perge, dum cælum vocat.*] Florentinus, *vacat.* Multo melius. Vacat enim cælum, quum abierint dii, hoc est Stoicis, sidera. *Idem* margini adscripterat H. Grotius. *Gronovius.*

893. *Deos*] Solem & cæteras stellas quæ Stoicis Dii, alius faces & lampades Diis præviæ. *Farnabius.*

895. *Pater.*] Thyestes. *Idem.*

897. *Tenebras*] Ignorantiæ tuæ, ut videas quam miser sis. supra vers. 785. *Idem.*

898. *Jacet*] Ex more conviviorum priscorum, nam in his jacebant seu recumbebant. *Delvius.*

900. *Sobrio*] Quo mala sua <sup>et</sup> sentiat vehementiusque doleat quam ebrius.

901. *Turba*] O famuli, aperite fores templi vel domus festæ. *Farnabius.*

905. Li-

Templi  
 Libet vi  
 Quos de  
 Effundat  
 Corpus  
 Miserum  
 Aperta  
 Resupin  
 Vino gr  
 Eructat  
 Regum  
 Satur ef  
 Ne par  
 Tot ho  
 Abscon

903. L  
 lem. *Farn*

904. S  
 befeat. *Id*  
 apprehen

905. V  
 pitis sc. fe  
 Idem.

907. M  
 lum non  
 ubi primu

908. M  
 infestis a

909. R  
 potus rec  
 que intre  
 cumbit.  
 cubas.] F

910. I  
 tum jam

911.  
 gluvie ex

912.  
 lix sum,  
 tus. *Idem.*

913.  
 jori vinu  
 Merum.



Templi relaxa; festa patefiat domus.  
 Libet videre, capita natorum intuens  
 Quos det colores, verba quæ primus dolor  
 Effundat, aut ut spiritu expulso stupens **905**  
 Corpus rigescat. fructus hic operis mei est.  
 Miserum videre nolo, sed dum fit miser.  
 Aperta multa teætâ collucent face.  
 Resupinus ipse purpura atque auro incubat,  
 Vino gravatum fulciens læva caput. **910**  
 Eructat. ô me cœlitum excelsissimum,  
 Regumque regem! vota transcendî mea.  
 Satur est, capaci ducit argento merum.  
 Ne parce potu, restat etiamnum cruor  
 Tot hostiarum. veteris hunc Bacchi color **915**  
 Abscondet. hoc hæc mensa claudatur scypho.

Mistum

903. *Libet*] Nimium videre vellem. Farnabius.

904. *Quos det*] Pallefcarne an rubefcat. *Idem.* *Primus*] Prima doloris apprehensio, primus motus. *Idem.*

905. *Vt spiritu*] Velut expulso: spiritus sc. sensibus, ut in animâ deliquit. *Idem.*

907. *Miserum*] Miserum jam factum non tam delectat videre, quam ubi primum miser fieri incipit. *Idem.*

908. *Multa*] Multis lucernis, quas infestis accendere mos fuit. *Idem.*

909. *Resupinus*] Iam satur & bene potus reclusus in lecto purpureis autocum ininterextis stragulis ornato discumbit. *Idem.* *Purpura atque auro incubat,*] Flor. purpura. Gronovius.

910. *Fulciens*] Languidus in cubitum jam se convivare ponit. Farnabius.

911. *Eructat.*] Præ saturitate & ingluvie ex vescendi aviditate. *Idem.*

912. *Vota*] Etiam ultra votum felix sum, plus quam optatam consecutus. *Idem.*

913. *Capaci*] Argenteo poculo majori vinum non dilutum ebibit. *Idem.*

*Merum.*] Meri potationem, et xxvii.

*proci* veteres probro vertebant, ut docet Athenæus lib. 10. eamque *Scythicam potationem* appellabant, unde jactatum in Roman. Imperatorem ridiculum illud nomen *Caldius Biberius Mero*. Semper enim modestis & temperantibus in more fuit, vinum aquâ diluere, & temulentum Bacchum sobriis Nymphis temperare: quod à quo, & quando coepit, quor etiam modis & quantâ aquâ vinum veteres temperare sint soliti, perendum ex Hier. Mercuriali lib. 1. Var. lectio. cap. 18. & N. lib. 3. Conviv. antiquit. cap. 11. *Delvius.*

915. *Tot hostiarum.*] Trium natorum tuorum. Farnabius. *Hunc*] Sanguis rubro vino mistus non se prode, *Idem.*

916. *Abscondet.*] Pro abscondit, suppositi abscondet, ut visofrate plus satis delectato poculis, novum capiat consilium, consummarique velit prandium poculo sanguinis. *Gruterus.* *Hoc hæc mensa claudatur scypho.*] Animam novam affudisse huic loco lætatur Gruterus scribendo, *hoc hæc mensa.* Nec sane aliter Florentinus. Alterum tamen



Mistum suorum sanguinem genitor bibat;  
Meum bibisset. ecce jam cantus ciet,  
Festasque voces, nec fatis menti imperat.

men auctoris videtur. Consentiat cibo  
potio: hoc scypho claudatur hac mensa,  
nempe liberorum artubus patri structa.  
Quintilianus lib. 8. Instit. 5. Huic si-  
mile in illo, cui pater sua membra lace-  
ranti venenum dedit: Qui hac edit, de-

bet hoc bibere. Gronovius. Claudatur]  
Cenam clausurunt veteres poculo  
quod boni Genii vel demoni appella-  
bant. Farnabius.

918. Meum bibisset. ] Si potuisset. Id.  
Cantus] Ne cogit, cantillar potus. Id.

## T H Y E S T E S.

*Thyestis epulantis cantus: quo invitat se ad latitiam, quam tamen  
mens ejus praesaga mali non admittit.*

**P**ectora longis hebetata malis,  
Jam sollicitas ponite curas.

920

Fugiat mœror, fugiatque pavor.

Fugiat trepidi comes exilii

Tristis egestas, rebusque gravis

Pudor afflictis. magis unde cadas,

925

Quam quo, refert. magnum, ex alto

Culmine lapsum, stabilem in plano

Figere gressum: magnum, ingenti

Strage malorum pressum, fracti

Pondera regni non inflexa

930

Cervice pati; nec degenerem

Victumque malis, rectum impositas

Ferre

922. *Mæror*] Ex præterito aut præ-  
fenti malo. Farnabius. *Pavor*, ] E fu-  
turo. *Idem*.

925. *Magis unde cadas, Quam quo,*  
*refert.* ] Manus illustris appinxi-  
erat. Forte, minus: me non probante. Con-  
siderat triplex suum tempus; amissionem  
regni, exilium, præsentem statu-  
tum. Amisisse regnum erat grave: post-  
ea quocumque recidas, nihil est tam  
grave quam summum non tenuisse.  
Itaque postquam illud ferre poterit,  
quæcumque deinde eveniant, non ju-  
stam dare causam novi doloris signi-

ficat. Pertinet huc dictum Cæsaris;  
*difficilius se principem civitatis a primo  
ordine in secundum, quam ex secundo in  
novissimum detrudi.* Gronovius. Quia  
felicem fuisse, miserum. Farnabius.

926. *Magnum,* ] Magni animi &  
fortis est, ubi quis è sublimi rerum sta-  
tu deciderit, patienter adversa tole-  
rare. *Idem*.

930. *Non inflexa* ] Non succum-  
bente cervice, erecto animo. *Idem*.

932. *Rectum impositas* ] Et hic pro-  
dit se Seneca. Vide notas nostras ad  
epistolam 104. Gronovius.

937. *Thye-*

Ferre rui  
Nubila fa  
Tempori  
Redeant  
Veterem  
Proprium  
Numqua  
Redeat f  
Tamen a  
Quid me  
Celebran  
Nulla fun  
Quis me  
Vincire  
Vernæ c  
Pinguin  
Inter sub  
Imber v  
Venit in  
Mœror  
Flendi n  
Libet in

937. *Thy-*  
meam tristi  
quondam ex

939. *Ne-*  
rietatem e  
apicem r  
bos verat f

945. *Flo-*  
tis coronise  
viis potare  
dem heder  
& ex apio  
adstringunt  
cent; tun  
capitis sedit  
frigerant.  
& liberat



Ferre ruinas. sed jam sævi  
 Nubila fati pelle, ac miseri  
 Temporis omnes dimitte notas: 935  
 Redeant vultus ad læta boni.  
 Veterem ex animo mitte Thyesten.  
 Proprium hoc miseris sequitur vitium,  
 Numquam rebus credere lætis.  
 Redeat felix Fortuna licet, 940  
 Tamen afflictos gaudere piget.  
 Quid me revocas, festumque veras  
 Celebrare diem? quid flere jubes  
 Nulla surgens dolor ex causa?  
 Quis me prohibet flore recenti 945  
 Vincire comam? prohibet, prohibet.  
 Vernæ capiti fluxere rosæ;  
 Pingui madidus crinis amomo  
 Inter subitos stetit horrores;  
 Imber vultu nolente cadit. 950  
 Venit in medias voces gemitus;  
 Mœror lachrimas amat affuetas,  
 Flendi miseris dira cupido est.  
 Libet infaustos mittere questus.

Libet

937. *Thyesten* ] Thyesten, id est, meam tristitiam & mœrorem, quæ me quondam exulem comitabantur. *Farn.*

939. *Nunquam* ] Quia fortunæ varietatem edocti timent ne honorum apicem rapax fortuna tollat, & superbos vertat funeribus triumphos. *Idem.*

945. *Flore* ] Florum fasciculis, sertis coronisque capita revincti in conviviis potare soliti erant: primum quidem hederaceis, vid. *Oed. vers. 414.* & ex apio; mox mytreis, quippe quæ adstringunt & vinis exhalationes auferunt; tum è rosis quæ & gravitatem capitis sedant & potione æstuantes refrigerant. Corona insuper plenitudinis & libertatis symbolum, festis convi-

viisque competit, & capiti quod rationalis animæ sedes. Neque me fugit lætæ certis etiam festis, cervicique mæsæ *ἄλκωτος τὸ οὐ μὴ δέσκειν* circumdedit solitos. *Idem.*

946. *Prohibet*, ] Nescio quis dolor, aliquis certe prohibet. *Idem.*

947. *Fluxere* ] Marcescunt in capite, vel, deciderunt è capite. *Idem.*

948. *Madidus* ] Languentis delibutæ veteres convivabantur cum valetudinibus tum voluptatis causa amomo comas inungentes. *Idem.*

949. *Stetit* ] Inhorruit. *Idem.*

950. *Imber* ] Lacrymæ etiam nolenti excidunt, humor & in genas sursum labitur. *Idem.*

at;  
 rat.  
 Gronovius. Claudi  
 erunt veteres po  
 ii vel demoni app  
 i] Si potuisset  
 i] canuillat potu  
 riam, quam in  
 F  
 huc dictum Cæsar  
 ipem civitatis à p  
 n, quam ex fecer  
 di. Gronovius. Q  
 iserum. Farnabius  
 ], Magni animi  
 is è sublimi rerum  
 antienter adverfa  
 alexa] Non succu  
 ecto animo. *Idem.*  
 mpositas] Et hic p  
 ide notas nostras  
 Gronovius.  
 917. Ty



Libet & Tyrio saturas ostro 955  
 Rumpere vestes. ululare libet.  
 Mittit luctus signa futuri  
 Mens, ante sui praesaga mali.  
 Instat nautis fera tempestas,  
 Cum sine vento tranquilla tument. 960  
 Quos tibi luctus, quosve tumultus  
 Fingis demens? credula praesta  
 Pectora fratri. jam quidquid id est,  
 Vel sine causa, vel sero times.  
 Nolo infelix; sed vagus intra 965  
 Terror obrerat; subitos fundunt  
 Oculi fletus, nec causa subest.  
 Dolor, an metus est? an habet lachrimas  
 Magna voluptas?

955. *Saturas*] Bis vel plene tinctas purpura Tyria. *supr.* vers. 344. *Farnabius.*

961. *Quos tibi vultus, quosve tumultus*] Lege cum optimo: *Quos tibi luctus.* Gronovius. Reprehendit suum dolorem & metum tanquam inanem. *Farnabius.*

964. *Sine causa,*] Si nihil in te molitur *Atreus.* *Delrinus.* *Sero*] Si quid

molitur. nunc enim in manu ipsius constitutus nequis evadere. debebas itaque vel prius timuisse, vel nunc timere non debes. *Idem.*

965. *Nolo*] Nolle quidem timere sed, &c. *Farnabius.*

968. *An habet*] Habet sane, quae praeter intenso gaudio effluant, frigidas quae praeter calore, calidas. *Tolet.* 2. de *Anima*, 4, 30. *Idem.*

#### ATREUS. THYESTES.

*Atreus festivitatem simulans fratrem ad poculum invitat. Cupienti illi videre liberos quo plenius gauderet, ostendit capita & palmas, & quid actum sit aperit, hinc dolor, ira, convicia, execrationes oritur.*

*Attr.* Festum diem, germane, consensu pari 970  
 Celebremus: hic est sceptrum qui firmet mea,  
 Solidamque pacis alliget certae fidem.  
*Thyest.* Satiis dapis me, nec minus Bacchi tenet,  
 Augere cumulus hic voluptatem potest,  
 Si cum meis gaudere felici datur. 975

972. *Solidamque*] *Ambigue.* *Thyest.* potibus sentit. *Farnabius.*  
 de conciliatione, *Atreus* de cæcis ne- ] 975. *Meis*] *Libertis.* *Idem.*

977. *Heic*

*Attr.* Heic  
 Heic fun  
 Tibi sub  
 Totum  
 Satiaber  
 Jucunda  
 Sed acci  
 Gentile  
 Donum  
 Tunc h  
 Parere  
 Admot  
 Circaq  
 En, ips  
 Vix luc  
 Inter d  
 Quid h  
 Conve  
 Caligo

977. *H*  
*Farnabius.*

979. *T*  
 los, corpu

980. *N*  
 virio cum

981. *S*  
 mus, colu

quadrare  
 vius.

983. *G*  
 prium, qu

nitatis &c

970. *F*  
 984. *I*

Disprim  
 fiebant,

lo, ut &

jecta. *I*

985. *I*  
 lunt man  
 gio ment



Arr. Heic esse natos crede in amplexu patris.  
 Heic sunt, eruntque; nulla pars prolis tuæ  
 Tibi subtrahetur: ora, quæ exoptas dabo,  
 Totumque turba jam sua implebo patrem.  
 Satiaberis, ne metue: nunc misti meis, 980  
 Jucunda mensæ sacra juvenilis colunt.  
 Sed accientur. poculum infuso cape  
 Gentile Baccho. *Thyest.* Capiro fraternæ dapis  
 Donum. paternis vina libentur deis,  
 Tunc hauriantur. Sed quid hoc? non vult manus 985  
 Parere: crescit pondus, & dextram gravat.  
 Admotus ipsis Bacchus à labris fugit,  
 Circaque rictus ore decepto effluit.  
 En, ipsa trepido mensa subsiluit solo.  
 Vix lucet ignis. ipse quin æther gravis 990  
 Inter diem noctemque desertus stupet.  
 Quid hoc? magis magisque concussi labant  
 Convexa cæli: spissior densis coit  
 Caligo tenebris, noxque se in noctem abdidit.

Fugit

977. *Heic sunt,* ] *Et has ambigue.*  
 Farnabius.

979. *Totumque* ] Ventrem & oculos, corpus & mentem. *Idem.*

980. *Nunc* ] *Mentitur eos esse in convivio cum patruelibus.* *Idem.*

981. *Sacra juvenilis colant.* ] Optimus, colunt. Quod videtur melius quadrate proximo membro. *Gronovius.*

983. *Gentile* ] Gentis nostræ proprium, quod nos admoneat consanguinitatis & amoris. poculum *φιλοτῆσται.* Farnabius.

984. *Paternis* ] Laribus & familiæ Diis prima in festis conviviis libamina fiebant, effuso in terram vini pauxillo, ut & dapum parte in focum injecta. *Idem.*

985. *Non vult manus* ] Flor. *Nolunt manus Parere.* Gronovius. Præfatio mentis abominatus haultum, sen-

tit poculum gravius fieri & vinum quasi refrigerare.

990. *Ignis.* ] Cœnationi adhibitus, obsoniis subiectus. Farnabius.

991. *Desertus* ] A Sole, Luna, sideribus. *Idem.*

993. *Spissior* ] Condensantur solis tenebræ spissiores. *Idem.*

994. *Noxque se in noctem abdidit.* ] Sic egregie Palatinos consensu uno reddere ait Gruterus, quum antea esset, *in nocte.* Ego vero nec hoc, nec illud intelligo, censeo interim auctorem scriptis: *noxque se in noctem abdidit.* Sententia, quæ Ovidii lib. XI. *Omne lateæ calum, duplicataque noctis imago est.* Dicitio, qualis ejusdem lib. VIII. *Vlci seor facioque nefas. mors morte pianda est.* In scelus addendum scelus est, in funera funus. Lib. X. *quo se fortissimus heros Addat in hunc florem.* Sic Livio album in vestimentum addere. Sallustius

nim in manu  
 is evadere. debe  
 muisse, vel nunc  
 Idem.  
 ollem quidem tin  
 abius.  
 ] Habet sane,  
 o effluant, frig  
 calidas. Tolet  
 em.  
 e s.  
 i invit. Capp  
 dita & palmas  
 ecraciones orta  
 pari 9  
 firmet me  
 ni tenet,  
 9  
 977.  
 977.



Fugit omne fidus. quidquid est, fratri, precor; 995  
Gnatisque parcat; omnis in vile hoc caput  
Abeat procella. redde jam gnatos mihi.

*Att.* Reddam; & tibi illos nullus eripiet dies.

*Thyest.* Quis hic tumultus viscera exagitat mea?

Quid tremuit intus? sentio impatiens onus, 1000

Meumque gemitu non meo pectus gemit.

Adeste nati, genitor infelix vocat:

Adeste; visis fugiet hic vobis dolor.

Unde obloquuntur? *Att.* Expedi amplexus pater.

Venere. gnatos ecquid agnoscis tuos? 1005

*Thyest.* Agnosco fratrem. iustines tantum nefas

Gestare tellus? non ad infernam Styga

Te nosque mergis? rupta & ingenti via

Ad chaos inane regna cum rege abripis?

Non tota ab imo tecta convellens solo 1010

Vertis Mycenæ? stare circa Tantalum,

Avosque nostros, si quis intra Tartara est,

Uter-

stius in orat. Cæsaris: *Sed per deos immortales, quamobrem in sententiam non addidisti.* L. 9. ad I. Corneliam de falsis: *Lege Cornelia cavetur & qui in aurum viri quid addiderit, qui que argenteos nummos adulterinos staverit, falsi crimine teneri.* Nox addidit se in noctem est conduplicavit tenebras. *Gronovius.* Naturali & usitata tenebricosiorem. *Farnabius.*

996. *Gnatisque* ] Meis, aut utriusque. *Idem.* Hoc caput ] Meum. *Idem.*

998. *Tibi illos* ] Ut qui jam in alimentum abierunt. *abitque petitum capta.* *Idem.*

1004. *Vnde* ] Male præfagus videtur sibi audire filios vocatos & visceribus dare responsum. *Idem.* *Expedi* ] *Redit Atreus & allata capita Thyestis ostendit.* *Idem.*

1006. *Fratrem.* ] Te crudelium, impium, perfidum mihi ut semper fratrem. *Idem.*

1007. *Styga* ] Herc. Fur. vers. 711. *Idem.*

1008. *Rupta* ] Annon hiatus factus absorbes Mycenæ cum Atreo? *Idem.*

1009. *Chaos inane* ] Ovid. l. 4. Fall. *Possidet alter aquas, alter inane chaos.* uterque de inferis loquitur, apud quos maximum inane, de quo supra in Herc. Fur. dictum est satis. vide *Med. 9. Delirius.*

1011. *Stare* ] Amandari in casdem cum Tantalo pœnas, majoris sceleris rei. vers. 750. Herc. Fur. *Farnabius.*

1012. *Si quis intra Tartara est,* ] Non deest his verbis sensus commodus. De sceleratissimis, quasi quibus nec unquam contingeret beata quies defunctorum, nec inferi satis suppliciorum habent, dubitabant, orco recepti essent. *Valerius Maximus lib. 11. Etiam apud inferos, si tamen illic receptus est, qua meretur, supplicia pendet.* Quo respexit etiam *Plautus Pseudolo:*

Uterque  
Et hinc  
Demitte  
Acheron  
Animæ v  
Phlegeth  
Exitia sup

dolo: Orcus  
Caronisque  
chum: & de  
dem Hegore  
mator ille ap  
a superu de  
Tum Hannib  
tum manes in  
num, scio qu  
Sed aliud suad  
partem una cu  
unus: nam q  
eduntur, con

si quid infra T  
huc tuam: ac  
u ille omnino  
nem priorum  
& non leven  
gratiam posca  
stium habet il  
circa Tantalus  
hinc compagib  
infra Tartara  
tua immansi s  
omnia factis b  
bas postrema  
Emitte vallen

se & fratrem  
æternum esu  
contentus hæ  
ros vult eode  
cus ille imagi  
Furente, ultr  
filium ulteriu  
si quid ultra T  
infra terram a  
feti] dicit de  
quoque Serie  
Thebaid. &  
rauro Altera

dolo:



Uterque jam debuimus. hinc compagibus  
Et hinc revulsis huc tuam immani sinu  
Demitte vallem; nosque defossos rege. 1015  
Acheronte toto: noxiæ supra caput  
Animæ vagentur nostrum, & ardenti freato  
Phlegethon arenas igneus tortas agens,  
Exitia supra nostrâ violentus fluat.

*Im-*  
dolo: Orcus recipere ad hunc se noluit.  
Catonisque inimicus apud Plutar-  
chum: εἰς ἑνὸς Ποσειδῶνος εἰς Αἰ-  
δέω Παιδοφόνει δὲ ζῆτι. Et declama-  
tor ille apud M. Senecam contr. 3,  
a superis deserta, ab inferis non recepta.  
Tum Hannibal apud Silium lib. 16.  
tuum manes inimica sedæ repellat. Eter-  
num, socioque abigat me frater averno.  
Sed aliud siadet Etuscus codex: cuius  
partem una cum vulgatis exhibet Pal-  
num: nam quum superiora teneret, ut  
eduntur, continuat: Et hinc revulsis,  
si quid infra Tartara est Ausque nostros,  
huc tuam: adeoque cepit Crutrum,  
ut ille omnino vulgatis ob similitudi-  
nem pitonitum excidisse hæc existimer,  
non levem pro hac admonitione  
gratiam poseat. Sed tollit quod super-  
stanti habet ille, hber Etuscus: stare  
circa Tanralum Uterque jam debuimus.  
hinc compagibus Et hinc revulsis, si quid  
infra Tartara est Ausque nostros, hoc  
tua immani sinu Demitte valles. Quæ  
omnia satis bene habent, modo scri-  
bas postrema: huc tuam immani sinu  
Emitte vallem. Dicit primum mercuisse  
le & fratrem cum avo inter patra  
æternum esurire ac sitire. Dein non  
contentus hæc pœna; infra ipsos infe-  
ros vult eisdem amandati. Hic est lo-  
cus ille imaginatus, quem in Hercule  
Furente, ultranocentum exsilia, & ex-  
siliam ulterius Erebo; in Phœnissis,  
si quid ultra Tartaram est, vocat: quo  
infra terram deduci (nam terræ pars inferi)  
dicit de Clementia 1. 6. ut hinc  
quoque Sericam agnoscas. Statius 1. 8.  
Thebaid. Et si quis procul inferiore ha-  
ratro Altera nox, aliisque gravat pla-

ga cocca tenebrâ. Habent à patre poëta-  
rum. 1. 9. Η μιν ἔλαν οἴσω ἐς πῦρ-  
περὸν ἡσθησὶν (α) Τηλε μέγα' ἤχ' βῆ-  
δεν ἔπει χροῖός ἐστι βεβήθων. Εὐ-  
δὲ σὶ δὴρεῖαί τε πύλας ἡ γαίλας  
εἰδὲ; Τὸς ὄν' ἐνερθ' αἰδέω, ὅταν ἕρ-  
νὸς ἐς' ἀπὲ γαίης. Tartara aut Aus-  
que nostros, quia hos, quæ inferos fa-  
ciebat fabula, etiam ponebat in infectis.  
Tantalum enim ipsum intelligit per  
enallagen numeri. Vallem immani sinu  
appellat inane vel immensum vacuum  
sub Tartaræ inani. Ea non potest dici  
istuc demitti, quia jam demississima  
est; sed emitti, hoc est; aperiri hiatus  
terræ, ut in eam absorbeantur fratres.  
Quod hic emittere, id trahere ex imo  
sinu est in Troadibus vers. 169. ubi  
vide, quæ notamus. Gronovius: Tar-  
tara ] Imam partem terræ, vel infra  
Tartara vid. Herc. Fur. vers. 708. &  
supra vers. 830. Farnabius  
1016. Acheronte ] Ex ἀχ. &  
ἔστ, quod lætæus fluat undis, vel  
ab α, & χαιρέειν, quasi illatibilis  
unca. Vide Agam. 13. Idem.  
1018. Phlegethon] Qui rapidis flama-  
nis ambit torventibus annis Tartareus  
Phlegethon à Φλέγω. Supr. vers. 73.  
Idem. Arenas igneus tortas ] Potest  
tolerari, ut vortices fluvii significet.  
Haudquaquam tamen spreverim Ra-  
phelingii rostris. Verumvis videatur pro-  
bare Silius, cui lib. 13. Phlegethon  
saxosa incendia torquet: & iterum, at-  
que istas sub gurgite cautes Egredit, &  
seopitis pulsas flagrantibus ora. Gron.  
1019. Exitia supra nostrâ. ] Puto,  
Exsilia, ut in Hercule Furente. Pœna-  
lem locum. Idem.

precor,  
out  
i.  
dies.  
rat mea?  
nus,  
it.  
xus pater.  
m nefas  
Herc. Fur. vers.  
Annon hiam  
as cum Atreo: ]  
ane ] Ovid. 1. 4.  
nus, alter inane  
loquitur, apud  
de quo supra in  
est satis. vide  
Amandari in cast  
nas, majoris fec  
rc. Fur. Farnabi  
tra Tartara est  
nfus commodus  
quasi quibus nec  
t beata quies deb  
eri satis supplicio  
bant, orco nec  
s Maximus lib.  
ros, si tamen ill  
eretur, supplicia  
t etiam Plautus



Immota tellus pondus ignavum jaces? **1020**

Fugere Superi. *Att.* At accipe hos potius libens

Diu expetitos, nulla per fratrem est mora,

Fruere: osculare: divide amplexus tribus.

*Thyest.* Hoc fœdus? hæc est gratia? hæc fratris fides?

Sic odia ponis? non peto, incolumes pater **1025**

Gnatos ut habeam: scelere quod salvo dari

Odioque possit, frater hoc fratrem rogo;

Sepelire liceat. redde, quod cernas statim

Uri. nihil te genitor habiturus rogo,

Sed perditurus. *Att.* Quidquid è gnatis tuis **1030**

Supereff, habebis: quodque non supereff, habes.

*Thyest.* Utrumne sævis pabulum alitibus jacent?

An belluis servantur? an pascunt feras?

*Att.* Epulatus ipse es impia gnatos dape.

*Thyest.*

**1020.** Immota tellus ] Non recedis ut Sol & sidera, nec tantum scelus detestaris & ulcisceris? *Farnabius.*

**1021.** Recipe hosce citius ] Jam olim notavit Comelinus, ante hunc versum in nonnullis antiquis libris apparere hemistichion: *Fugere Superi:*

in aliis vero extare: *Fugere Superi.*

*A.* At accipe hoc potius libens: sed posterius sibi non placere. Græverus quoque prius recipit, exclusis aliis, ut ait, quod non videantur genuina, at texta ab iis, qui consultum ibant versui, immo & velit recidere, *Recipe hosce citius,* tanquam nihil sapientia Senecæ, & reingere: *Fugere Superi. A. liberis tandem tuis Diu expetitis,* Sed enim cum membranz unica representent: *Fugere Superi. A. accipe hos potius libens Diu expetitos, nulla per fratrem est mora:* non dubito, quin hæc ipsa sit auctoris manus, adjuvanda solummodo particula *At inserta,* quam tum personæ vocabulum, tum sequens verbum facile absorpsit. Cum dicas sibi & scari dicet et Thyestes, Atreus gavius ejus dolore, placidi instar & nihil

**1024.** Hoc fœdus? ] Itane simulati te odia deposuisse rediisseque in gratiam. *Farnabius.*

**1025.** Incolumes ] Quod fieri non posse novi, cum videam ipsorum capita. *Idem.*

**1026.** Salvo ] Non sublata vindicta & odio tuo. *Idem.*

**1028.** Sepelire ] Redde truncos ad sepulturam. *Idem.*

**1029.** Nihil ] Nihil quo fruar, sed quod igne absumam peto. *Idem.*

**1030.** Quidquid ] Quod absumptum est habebis: quod assumptum est habes. scilicet in ventre. *Hoc autem quid sit non dñm intelligit Thyest. Idem.*

**1031.** Supereff, habebis: quodque ] *Flof. Supereff, habes: quodcumque non supereff, habes. Gronovius.*

**1035.** Deor]

*Thyest.* H

Aversur

Questu

Abscissã

Et rupta

Hoc est

Volvun

Sine exi

Da, frat

Habet i

Negatu

Contusa

Parcam

Quis inl

Henioc

Terris

Premor

*Att.* Sc

**1035.** D

gnosir jam

fam. Farn

**1039.** V

**1040.** A

Capere non

Ipse enim

**1041.** V

supra 763.

duo cibis.

**1042.** I

Flof. quat

quæst. 2.

per angust

ue terre

quarente

fora affe ill

gam, inclu

& ad He

vius.

**1043.**

tum sang

**1044.**



Thyest. Hoc est deos quod puduit! hoc egit diem 1035  
 Aversum in ortus! quas miser voces dabo,  
 Questusque quos? quæ verba sufficient mihi?  
 Abscissa cerno capita, & avulsas manus,  
 Et rupta fractis cruribus vestigia  
 Hoc est, quod avidus capere non potuit pater: 1040  
 Volvuntur intus viscera, & clausum nefas  
 Sine exitu luctatur, & quærit viam!  
 Da, frater, ensen. sanguinis multum mei  
 Habet ille. ferro liberis demus fugam.  
 Negaturensis? pectora illiso sonent 1045  
 Contusa planctu. sustine, infelix, manum;  
 Parcamus umbris: tale quis vidit nefas?  
 Quis inhospitalis Caucasi rupem asperam  
 Heniochus habitans? quisve Cæropiis metus  
 Terris Procrustes? genitor en gnatos premo, 1050  
 Premorque gnatis. sceleris est aliquis modus?  
 At, Sceleri modus debetur, ubi facias scelus,

Non

1035. Deos? Solem & sidera. Agnosceit fam miser deliquit solaris causam. Farnabius.  
 1039. Vestigia. ] Pedes. Idem.  
 1040. Hoc est, ] Supra v. 979. Idem.  
 Capere non potuit pater. ] Potuit, potius.  
 Ipse enim loquitur. Gronovius.  
 1041. Viscera, ] Carnes natorum. supra 763. Farnabius. Nefas? Nefas dicitur. Idem.  
 1042. Luctatur, & quærit viam. ] Flor. quærit fugam. Optime. Nat. quærit. 2. 40. subtile & flammæcum, cui per angustissimum fugæ est. Lib. 6. 12. ut terra spiritu luctante & fugam quærente, moventur. Cap. 50. cum fortasse illo se spiritus quærent fugam, incluserit. Adde supra vers. 627. & ad Here. Fur. vers. 283. Gronovius.  
 1043. Sanguinis Meorum liberorum sanguinem hausit. Farnabius.  
 1044. Liberu demus viam. ] Flor.

malafitica. Non  
 detur via. Gronovius. Viam. ] Quæ exeat. Farnabius.  
 1046. Concussa planctu. ] Flor. Contusa. Troadibus: Pulsu vasto vindite pelus. Gronovius. Pugnis & planctu dilaniata dabunt viam. Farnabius. Suf sine. ] Sed planctu & verberibus absque, ne & natorum ventitibus ingestorum sepulchro atque animabus vini facias. Idem.  
 1049. Heniochus ] Popul. ferus juxta Colechos in monte Caucaso ab Amphitro & Telechio Castoris & Pollucis huiusmodi, id est, aurigis ortus. Idem. Cæropiis? Atticæ regionis (à Cætre primo rege dictæ) terror Procrustes latro, qui hospites ad lecti sui mensuram vel longiores decurabat vel breviores extendebat. Idem.  
 1051. Premorque ] Videretur quippe meum torquent. Idem.  
 1052. Sceleri ] Minori enim sceleri major poena debetur. Idem.



Non ubi reponas. hoc quoque exiguum est mihi.  
 Ex vulnere ipso sanguinem calidum in tua  
 Diffundere ora debui; ut viventium 1055  
 Biberes cruorem. verba sunt iræ data;  
 Dum propero, ferro vulnera impresso dedi.  
 Cecidi ad aras, cæde votiva focos  
 Placavi: & artus, corpore ex animo amputans,  
 In parva carpsisti frustra: & hæc ferventibus 1060  
 Demersi ahenis. illa lentis ignibus  
 Stillare iussi. membra, nervosque abscidi  
 Viventibus: gracilique trajectas veru  
 Mugire fibras vidi, & aggesi manu  
 Mea ipse flammæ. omnia hæc melius pater 1065  
 Fecisse potuit. cecidit in cassum dolor.  
 Scidit ore natos impio, sed nesciens,  
 Sed nescientes. *Thyest.* Glusa littoribus vagis  
 Audite maria. vos quoque audite hoc scelus,

Quo-

non

1054. Sanguinem ] Natorum tuo-  
 rum. Farnabius.

1055. Diffundere ora debui; ] Est  
 qui annotat nihil hec elidendum. at  
 nisi id fiat, non stabit versus. Gruter.

1056. Verba sunt iræ data; ] Et hoc  
 Lucio amatum. Epist. 32. Verba dare  
 non potest: tecum sum. Epist. 49. prospi-  
 cienda tantum & à limine saluanda,  
 in hoc unum, ne verba nobis dentur.

Epist. 88. an Penelopa impudica fuerit,  
 an verba seculo suo dederit. Gronovius.  
 Dum vindictam nimis festinatem fraus  
 facta est, id est, non ad plenum satis feci  
 iræ meæ. Farnabius.

1058. Focos ] Deos Lares qui ad fo-  
 cos stant, vel quibus in focis sacra  
 fiunt. Idem.

1059. Artus, corpore ex animo am-  
 putans, ] Sic quidem notavit in non-  
 nullis haberi Comelinius: at optimus  
 & multis partibus plures cum præcis  
 editionibus: corpora ex animo ampu-  
 tant. Videtur enim non tantum reci-

dere, sed & circumcidere esse amputa-  
 re: ut possit amputari dici & quod detra-  
 hitur, & cui detrahatur aliquid se-  
 ctione. Gronovius. Hæc supra v. 763.  
 Farnabius.

1062. Omnia ] Major fuisse vindic-  
 ta, si te patrem hæc facere coegisset.  
 Idem.

1066. Cecidit ] Non est adeptus ex-  
 pectam ultionem. Idem.

1067. Sed nesciens, ] Cum potuisset  
 sem te sciente hoc fecisse. Idem.

1068. Nescientes. ] Cum potuisset  
 ex ipso morientium vulnere sanguinem  
 calidum tibi in os infundere. sup.  
 vers. 1051. Idem.

1069. Vos dei audite hoc scelus, Quo-  
 cumque diffugistis. ] In plerisque libris,  
 Vosque audite: in Flor. Vos quoque au-  
 dite, sine mentione deorum, quæ ta-  
 men necessaria est, eoque in sequenti  
 versu restitenda: Vos quoque audite  
 hoc scelus. Quocumque dii fugistis  
 Gronovius.

1070. Dis-

Quocumque  
 Audite  
 Et atra  
 Tibi tu  
 Tu quoque  
 Pro me  
 Pro me  
 Tu fur  
 Dominus  
 Convo  
 Comm  
 Manu  
 Telo p  
 Terge  
 Staban  
 Ignesc  
 Jacula  
 Fulmi  
 Utrius  
 Me per  
 Per pe  
 Humar

1070.  
 ne videre

1073.

1077.

rerum or  
 horrore fu

1081.

Telo petu

tella &amp; in

nore: est

modi dive

in illo, qu

rus &amp; Sca

alterum, &amp;

satis place

1082. Dis-

manu qua



Quocumque dii fugistis. audite Inferi. 1070

Audite Terræ. Noxque Tartarea gravis  
Et atra nube, vocibus nostris vaca.

Tibi sum relictus. sola tu miserum vides,  
Tu quoque sine astris. vota non faciam improba,

Pro me nihil precabor. ecquid jam potest 1075  
Pro me esse? vobis vota prospicient mea.

Tu summe cœli rector, ætheriæ potens  
Dominator aulæ, nubibus totum horridis

Convolve mundum, bella ventorum undique  
Committe; & omni parte violentum intona: 1080

Manuque, non qua tecta & immeritas domos  
Telo petis minore; sed qua montium

Tergemina moles cecidit, & qui montibus  
Stabant pares gigantes; hæc arma expedi,

Ignesque torque. vindica amissum diem. 1085  
Jaculare flammæ; lumen ereptum polo

Fulminibus exple. causâ, ne dubites diu,  
Utriusque mala sit: si minus; mala sit mea.

Me pete. trifulco flammeam telo facem  
Per pectus hoc transmittite. si gnatos pater 1090

Humare, & igni tradere extremo volo,  
Ego

1070. *Diffugistis.* ] Sup. vers. 890. ne videretis scelus tantum. *Farnabius.*

1073. *Tibi* ] O Nox. *Idem.*  
1077. *Rector.* ] In rem vestram. ne rerum ordo immutetur, vobis præ horrore fugientibus. *Idem.*

1081. *Quatectâ & immeritas domos Telo peti* ] Videur scripsisse: non qua tecta & immeritas domos Telo petit minore: etsi solent antiqui duos istiusmodi diversos ablativos adhibere: ut in illo, quo, numine lesa. Mox Gruterus & Scaliger: hæc arma expedi. Mihi alterum, quod servant omnes codices, satis placet. *Gronovius.*

1082. *Sed qua* ] Sed illa fulminea manu qua perterriti tres montes Pe-

lion, Olfam, & Olympum, quos Gigantes Diis bellum indicentes congestos alios aliis superstruxerant. v. 970. Herc. Fur. & Herc. Oet. 847. *Farnabius.*

1083. *Qui montibus* ] Cælo capita alta ferentes Abietibus juvenes patriis & montibus aquas. *Ancid.* 3. & 9. *Idem.*

1084. *Hac* ] Scil. dextra.

1085. *Vindica* ] Compensa. *Idem.*

1089. *Trifulco* ] Fulmine quod scindit, comburit, afflat. subtili, urenti, fuliginoso. vid. Herc. Oet. vers. 1293. *Idem.*

1090. *Hoc transmittite.* ] In quo filii conduntur. *Idem.*



Ego sum cremandus. si nihil superos movet,  
 Nullumque telis impios nūmen petit;  
 Æterna nox permaneat, & tenebris tegat  
 Immensa longis scelera. nil Titan queror, 1095  
 Si perseveras. *Atr.* Nunc meas laudō manus,  
 Nunc parta vera est palma. perdideram scelus,  
 Nisi sic doleres. liberos nasci mihi  
 Nunc credo; castis nunc fidem reddi toris.  
*Thyest.* Quid liberi meruerunt? *Atr.* Quod fuerant tui. 1100  
*Thyest.* Gnatos parenti? *Atr.* Fateor; & quod me juvat,  
 Certos. *Thyest.* Piorum præsidēs testor deos.  
*Atr.* Quid conjugales? *Thyest.* Scelere quis pensat scelus?  
*Atr.* Scio quid queraris. scelere prærepto doles:  
 Nec, quod nefandas hauseris, tangit, dapes: 1105  
 Quod non pararis. fuerat hic animus tibi  
 Intruere similes in scio fratri cibos,  
 Et adjuvante liberos in matre aggredi,  
 Similique leto sternere. hoc unum obstitit,  
 Tuos putasti. *Thyest.* Vindices aderunt dei: 1110  
 His puniendum vota te tradunt mea.  
*Atr.* Te puniendum liberis trado tuis.

1092. *Si nihil*] Deus nec bene pro  
 meritis capitur nec tangitur ira. ex Epi-  
 cur. & Protagoræ mente. *Farnabius.*  
 1096. *Perseveras.*] Fugete & late-  
 re. *Idem.*

1097. *Scelus*] Delectationem meam  
 ex hoc scelere. *Idem.*

1098. *Mibi*] Insultatio confiden-  
 tiæ plena. *Idem.*

1101. *Gnatos*] *Sup.* edendos appo-  
 sisti? *Idem.*

1102. *Certos*] Quos tu non dubi-  
 tasti tuos esse, sicut ego de meis propter  
 te dubito an mei sint. *Idem.* *Præsides*]  
 Iovem *inestimator* & Deos præsidēs  
 vindicæque piorum natoorum. *Idem.*

1103. *Quid conjugales?*] Lege om-

nino cum Nic. Heinſio: *Quin conju-*  
*gales?* Gronovius. Cur non potius te-  
 ſtatis conjugales quos adulterio vio-  
 laſti? *Ironia*; de conjugalibus Diis  
 vid. *Medeam* verſ. 1. *Farnabius.*

1105. *Nec quod*] Nec tam doles  
 quod has dapes abſumpſeris, quam  
 quod mihi non appoſueris. *Idem.*

*Hauſeris, tangit, dapes:*] Flor. *Non quod*  
*nefandas hauseris, tangit, dapes.* Gronov.

1108. *Liberos*] Meos. *Farnabius.*  
*Matre*] *Aërope* uxore mea quam cor-  
 rupiſti. *Idem.*

1109. *Hoc unum*] Et feciſſes, niſi  
 putaſſes illos eſſe tuos filios. *Idem.*

1112. *Libris*] Qui nulli jam, vel  
 qui à te comēſi. verſ. 1047.

\* P H

† T

D I

OE D

Oedipus, ſibi  
 erutis, in e  
 patri vitales

\* *P*hœniſſe,  
 tuna fuit  
 tabiles. Nam  
 tia ſummi viri  
 cœlum abiit,  
 vioribus ſent  
 deſectus eſt.  
 zvi barbarieſ  
 rum quum h  
 corpus miſeru  
 cæteris unam  
 cum Comico  
 puncti chori,  
 hos magna pa  
 quidem relictu  
 fœdis vulneri  
 etiam, quod  
 infame ac mir  
 rit. Neſcio qu  
 Deiphobi, nu  
 Oedipum &  
 agnoſceret.  
*Thebaïdem* pu  
 verus auctor  
 hui peccarat,  
 Ipſe dixerat  
 tatus. nam h  
 horum fragm  
 le codex Flo  
 fronte volum  
 tantur tragœ  
 huius aptius.